

2777

## H O M I L E T I C I

2778

monibus *Jacobi Ianuensis* dicti de *Viragine* seu *Voragine*, qui circa annum 1298. vivere defuit.

## DCCLXII.

201 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 264. f. currente calamo per duas columnas exaratus et minio distinctus sequentia servat. I. *Sermones V. de Sacramento Altaris*, quorum Themata: *Caro mea vere est cibus &c. Ego sum panis vite &c. Sacramentorum sancte ecclesie virtutem et admirabilem efficaciam &c. Probet autem se ipsum homo &c. Hoc facite in meam commemorationem &c. Dati jam alibi, ubi M. Nicolao de Dinkelspühl inscribuntur.*

II. fol. 36. *Responsiones Theologorum Catholicorum ad Allegata Jacobi de Misa pro Communionem sub Utraque. Indicata jam Cod. CCCCXIV. sunt et Allegata et Responsiones, et edita utraque ab Herm. von der Hardt. T. III. P. 22. col. 805. et 826. Sed Prooemium, quod ab editis abest, et a Cod. mox cit. variat, hic adscribere visum est: Barones regni Bohemie serenissimo domino principi domino Sigismundo romanorum ungarie &c. Regi miserunt quendam libellum continentem multas auctoritates, de quarum solutione sapientes qui apud predictum principem tunc Constancie morabantur, cupiebant clarius informari, habebat autem ipse libellus talem superscriptionem. Serenissimo principi et domino, domino Sigismundo Romanorum regi et semper augusto et Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

*ungarie &c. Regi presencia scripta pro communionem calicis per Barones regni Bohemie diriguntur concilio Constancie ad dissoluendum presentanda.*

III. fol. 60. absque Autoris nomine, *Expositio Orationis Dominicae*, ad quam tamen prolixo *Sermone de Oratione* introducimur, qui infit: *Si quid petieritis patrem in nomine meo &c. Petite et dabitur vobis, ut quod ex hominibus consummari non potest, per gratiam dei impleatur &c. Finit: dedit nobis sub paucis et brevibus verbis Ihesus christus dominus noster, qui cum patre &c. Sequitur continue expositio orationis dominice. Hujus vero initium est: Pater noster — Oratio qua dominus et Saluator noster ihesus christus voluit per discipulos &c. et finis: qui banc orationem dictavit et nos eam docuit et orare monuit et Qui cum eodem patre &c. Connectitur autem cum ea alius Sermo de Oratione attentata hujus exordii: *Et quia superius dictum fuit in principio expositio &c. et finis: tandem mereatur videre deum deorum in syon id est in celesti patria. Quo nos perducatur &c. Opus jam indicatum alibi ad Nicolaum de Dinkelspühl pertinet, editumque est Argent. 1516. f.**

IV. fol. 98. minio *Incipit tractatus bonus de confessione et eius partibus. Initium: Ecce nunc tempus acceptabile &c. Rursus ad Nic. de Dinkelspühl pertinet, et legitur, cum in edit. suprac. tum variis Codd. nostris, ut Index declarat.*

S

V.

2779

## C O D I C E S

2780

V. fol. 152. minio *Nunc dicendum est de vicijis et aliquibus virtutibus eis oppositis.* Initium: *Notandum, quod ut Magister docet 2° Sententiarum &c.* Ejusdem *Nicolai de Dünkelspühl.* Vide *Indicem* et *edit. supracit.*

VI. fol. 254. fine titulo *Tra-ctatus ejusd. Autoris de tribus Partibus Poenitentiae,* qui incipit: *Secundum Magistrum et doctores in 4° Sententiarum &c.* et habetur in *Indice* et in *edit. cit.* Ad calcem adhaeret ei *Tabula.*

## DCCLXIII.

205 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 312. f. corrente calamo scriptus, olimque, ut in fronte legitur, *ad Monasterium sancti Georij in Herczogenburga* pertinens exhibet sequentia: I. Sermonem *ἀδελφότητος* de *circumcisione Servatoris,* qui incipit: *Maxima res hodierno die, Patres optimi, a me agenda est: et haud scio an fortassis omnium maxima, que nostris in ceremonijs atque in tota religione sit a majoribus nostris constituta &c.* Et finit: *partem etiam magnitudini rei, cui nulla potest par oratio reperiri, assignetis.* Cum Sermonem hunc a dictionis puritate commendandum aliae *Orationes* excipiant, quae *Gasparini Barzizii Bergomensis* sunt, nullus dubito et hunc *Gasparino* adscribendum esse, quamvis *Josephum Alex. Furietum* fugerit, cui *Opera Barziziorum Gasparini patris et Guiniforti filii Romae 1723. 4.* debemus.

II. fol. 3. Sequitur *Oratio in laudem Francisci Assistatis,* quae incipit: *Cum sepe numero, eximii patres ac domini prestantissimi, illos oratores &c.* et habetur in mox memorata *Gasparini* edit. p. 45.

III. fol. 4. p. 2. *Oratio ad Alexandrum V. P. M.* recens electum habita a *Lauro Bragadeno* Patrio Veneto, itaque anno 1409. hoc initio: *Cum omnes, qui tuam adeunt sanctitatem &c.* Extat in editis p. 15. sed observa, Codicem nostrum pro: *et nos ipsos fratres eius patruales,* legere: *et nos ipsos nepotes suos.* Pluries porro *Gasparinus* stilum suum aliis commodavit.

IV. fol. 5. p. 2. *Oratio ad Ferdinandum dictum Iustum Regem Siciliae,* cum ei an. 1412. *Aragoniae* corona accederet. Incipit: *Uellem hoc die, rex clarissime, ea mihi vis ingenii ac dicendi copia esset &c.* In editis p. 27.

V. fol. 6. p. 2. *Oratio ad Regem* quendam panegyrica et gratiarum actoria, maxime ob promota oratoris literaria studia. Initium est: *Si recte a nostris maioribus Illustris. Rex et princeps serenissime olim comparatum fuit &c.* Regis hujus origo a *Pipino* et *Carolo M.* deducitur, a quibus *Orator* ad Avum ejus *Petrum,* et Patrem *Zachetum* reges delabatur. Praeterea bis eum *Insulae* dominari innuit. Est is itaque *Johannes* seu *Janus II. Cypri* rex, qui e *Francis* oriundus Avum habuit *Petrum I.* et Patrem *Zachetum,*